BIBLIA: VETUS TESTAMENTUM. FULGENTIUS RUSPENSIS

Österreich (Wien), 1473-1474 Seite 92r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Deuteron 92

sine terra bona quam sub in
tamento pollicitus sum patribus
vestris. Ipse caleph filius Ie
phone: ipse eam videbit eam
et ipsi dabo terram quam calcaui
et filiis eius. quia secutus est
dominum. Nec mirandum indigna
ri populum: cum michi quoque
iratus deus propter vos dixerit
Nec tu ingredieris illuc: sed
iosue filius nun minister tuus
ipse introibit pro te. hunc ex
hortare et robora: et ipse po
net terram diuidet israheli p
mum vester de quibus diuisis
q captiui ducent et filii qui
hodie boni ac mali ignorant
4. distinctio. ipse ingredietur et
ipsi dabo terram et possidebunt
eam: vos autem reuertimini. et
abite in solitudinem per viam ma
ris rubri. Et respondistis mihi
peccauimus domino. Ascendemus
et pugnabimus: sicut precepit
dominus deus nr. Cumque instructi
armis pergeretis in montem
dixit michi dominus Dic ad eos
Nolite ascendere. neque pugnetis
non enim sum vobiscum: ne cadatis
coram inimicis vestris. Locutus
sum et non audistis: sed adhe
sistis imperio dei et tume
fecistis superbia ascendistis in monte
Itaque egressus amorreus qui ha
bitabat in montibus. et obuia
veniens persecutus est vos sicut
solent apes prepetere. et cecidit
uersi usque horma Cumque re
uertisset plorauistis coram domino non
audiuit vos. nec voci vestre
voluit acquiescere. Sedistis ergo
in cadesbarne multo tempore. c. ij

Profectique inde venimus
in solitudinem q ducit ad
mare rubrum sicut mihi dixerat
dominus: et circuiuimus monte seir
longo tempore. Dixitque dominus ad me
Sufficit vobis circuire montem
istum: ite contra aquilonem: et po
pulo praecipe dicens Transibitis
per terminos fratrum vestrorum
esau qui habitant in seir: et
timebunt vos. Videte ergo diligenter ne moueamini contra eos Ne
que enim dabo vobis de terra eorum
quantum pedis calcare
vestigium: quia in possessionem
esau dedi montem seir Cibos e
metis ab eis pecunia et comede
tis: aquam emptam hauietis et
bibetis. Dominus deus tuus bene
dixit tibi in omni opere manuum
tuarum. 6. Nouit iter tuum: quod
transieris solitudinem hanc magnam per quadraginta annos.
habitauit tecum dominus deus tuus
et nichil tibi defuit Cumque tran
issemus fratres nostros filios esau
qui habitabant in seir per viam
campestre de helath et de asion
gaber: venimus ad iter qui du
cit in desertum moab. Dixitque
dominus ad me. Non pugnes cum
moabitis: nec incas aduersus eos prelium. Non enim dabo ti
bi quicquam de terra eorum: quia filiis
loth tradidi ar in possessi
onem eius primi fuerunt habitato
res eius. populus magnus et
validus. et tam excelsus ut de
enachim stirpe quasi gigantes
crederentur. et appellent filios
enachim. Demque moabite ap
pellant eos emim sicut enim at
que habitauerunt prius: quibus
expulsis atque deletis habitauerunt filii esau sicut fecit israel in
terra possessionis sue quam de
dit illi dominus Surgentes ergo
ut transirem torrentem zareth